

est sola indirecta voluntas; & solum permiffiva antiquae obligationis, non ea fufficit; ut prius votum dicatur confirmatum. V. g. votum impubes fe non luturum, aut non fornicatum, sub poena ingrediendi religionem: si pubes factus succumbens pallione ludat, aut fornicetur, & sic quafimpleta conditione teneatur ad religionem, non est confirmatio prioris voti, & ita poterit pater irritare. Quia etfi quod atinet ad rationem culpe, admiffio illa conditionis, nempe, ludi, aut fornicationis, licet voluntaria, alias vacaret culpa: ac quatenus conditio neceffaria, ad voti obligationem, fuit involuntaria. Nam nullatenus voluit obligari pena promiffa, quin potius altam odio habuit, & tantum indirectè; & quafi permiffive cenfetur volita obligatio ad poenam. Atque extra votum poenale id quoque contingere potest. Ut fi quis votum preces aliquas, quoties intravit templum B. Virginis, & postea non effectu illarum precum, aut voti implendi, fed curiositatis, aut recreationis, aut alterius cujuscunque rei causa illud tendit, non dicitur confirmatio prioris voti, ob rationem traditam.

54. Quarta difficultas est. An fi post subjectionem, ut post pubertatem, emittatur votum non petende irrationis, dispensationis, aut commutationis voti personalis emiffi ante pubertatem, cenfetur illius ratificatio, ita ut deinceps non subdatur irrationi, cui prius subiacebat? Et quidem manifestum est, hoc posterius votum irritari non posse. Quia post pubertatem fuit emiffum. Quare etfi diceremus non cenferi confirmari prius votum, non liceret huic irrationem prioris petere, non impetratis prius dispensatione, aut commutatione huius posterius voti. Quia cum petendo contraheretur huic: fecus quando superior propria sponte irritaret. At in utroque casu effet valida irritatio, si postea concederetur. Quippe violatio posterius voti non impedit valorem irrationis, sed tantum efficit, ut contra ipsum illius non petende delinquantur. Quod si effect votum non petende dispensationis, aut commutationis, non effet opus dispensationis huius voti ad petendam prioris irrationem. Cum exclusis dispensatione, & commutatione non excludatur irratione, utpote que longe diversa est.

55. Sed difficultas est, an possit deinceps irritatio prioris illius voti concedi? Et existimo, si votum fuit non petende irrationis, cenferi prius confirmatum, ita ut iam irritari nequeat. Quod satis innuit Suarez tomo secundo de religione, tractatu de voto, libro sexto, cap. sexto, numero decimo tertio, in fine, ubi tradens quando cenfetur votum confirmari, hæc ait: Necessaria est expresse confirmatio per voluntatem, qua quis delibet non amplius velle irritari, sed absolute obligari. Quia cum pubes ille sponte sua se hoc remedio per posterius votum prius, cenfetur velle suum prius votum esse deinceps abolitum, & non subiacere irrationi. Sed obijciat: vouens se non petitarum alicujus voti dispensationem, non cenfetur dispensationem excludere, ut amplius ea concedi nequeat: ac ita obtenta posterius voti dispensatione, potest cum prioris petere. Ergo similiter vouens post pubertatem non petere irrationem prioris voti, poterit cum petere obtenta posterius dispensatione. Respondetur longe disparere esse rationem: quia vouens nequit ardeat dispensandi potestatem superioris, & ideo non cenfetur id remedium omnino excludere, quamvis enim id vellet, non potest. Sicut nec subiectio dominative alicujus potestatis, potest in votis pro tunc emiffis ardere potestatem domini ad irritandum. At cum post subjectionem, ut post pubertatem, fit integrum puberi excludere facultatem irritandi voti emiffi ante pubertatem, quando fuit personale, illud confirmando, cenfetur eam excludere eo, ipfo quod posterius voto se arctavit ad non petendam irrationem. Quod neceffario intelligi debet, quando votum fuit non petendi, id est, non utendi irratione. Si enim fuit solum non petendi, ut verba sonant, non est ratificatio voti. Quia per id votum non omnino excluditur irratio; si enim superior propria sponte, aut alio peccato irritaret, nil ageretur contra votum illud, utendo irratione. In dubio autem est iudicandum juxta sensum verborum, ut per votum non petendi, sola petio excludatur, & sic non fit confirmatio voti.

56. Quando autem votum posterius fuit solum dispensationem, & commutationem excludens, non est prioris voti confirmatio, & ita poterit irritari. Quia aut ille fuit confectus, & memor remedii irrationis, & cum id non excluderet, est apertum signum cum noluisse, ita votum suum confirmare, quia irrationis remedium sibi maneret. Si fuit immemor, aut ignarus, nec verbis, nec intentione irrationem excludit.

57. Ultima difficultas est. An fit confirmatio prioris voti, quando ante pubertatem emiffum est votum vagum, seu rei indeterminatæ, ut religionis, aut discipulatus, ut calitatis, vel religionis, aut jejuniis quadam die unius anni, non determinando diem, & factus pubes determinat religionem, vel partem discipulatus, vel diem? Et quidem si ea determinatio talis fit, ut non cadat sub voto, fed fuit solo proposito, ita ut adhuc variare liceat: certum est non cenferi prius votum confirmatum. Cum solum fit propositum illius exequendi in ea re determinata. Quod non fufficere diximus antea, 38.

58. Si autem determinatio cadat sub voto, ita ut amplius variare non liceat: quod quando contingat, & quid in dubio iudicandum sit, satis diximus hoc lib. 4. cap. 13. si hic ignarus, aut prius immerito potestatis irritandi prioris voti, determinatio illud, non est confirmatio. Quia non cenfetur excludere remedium, cujus ignorantia, aut obliuio fuit.

59. Difficultas vero procedit, quando memor fuit. Videtur enim tunc confirmatum. Quia cum vouens se de nouo ad eam partem obliget, & recordatus remedii irrationis, cenfetur cedere jure irrationis, & votum suum ita confirmare, ut irrationi non subdit. Ex alia parte videtur non esse confirmatum. Quia est noua voti obligatio: virtute enim prioris tenebatur ad partem sic electam, non quidem determinatè, sed vagè ad unam, vel ad alteram partem: & quod post pubertatem est factum, solum fuit vagam illam voti obligationem determinare. Quare cum non sit nouum votum, fed sola prioris determinatio, inducet eandem prioris voti conditionem, quæ est irrationi subiacere. At placet esse confirmatum. Quia est quasi noua voti emiffio. Ut dicitur c. 40. n. 43.

CAPUT XXXI.

Qual ter vota emiffa tempore, quo vouentes erant sui juris, irritari valeant a potestate dominativa superveniente?

SUMMARIUM.

An vota ante subjectionem emiffa possint perfecte irritari, ita ut non revoventur? Refertur que dam sententia, n. 1. Non possunt perfecte irritari, sed revoventur, num. 2. Quod de votis emiffis ante ingressum religionis? n. 3. Quod de emiffis ante ingressum in Soc. Jesu? n. 4. Quod de votis impuberes, & ipsos impuberes, quando tempore sui erant sui juris, vel sponsa illa sub patris cura? numero 5. An possint vota ante subjectionem emiffa, irritari indirectè, seu suspensè? n. 6. Quod de votis ante Episcopatum, vel beneficium factis? numero 7. Cur Episcopatus non dissolvat vota antea facta, sicut possessio? numero 8. Quod de votis, que uxore ante matrimonium emiffi? n. 9. Quod, si ea vota sint realia? n. 10. Quod de obligatione homini facta ante matrimonium? numero 11. Quod de votis emiffis a viro ante matrimonium, an uxor possit ea suspendere? n. 12. Quod de votis realibus puberum emiffis, quando nec patrem, nec curatorem habebant? n. 13. Quod de votis servorum factis ante servitutem? n. 14. An superioribus his dantibus iterum licentiam, aut finita eorum potestate, teneantur predicti subditi ad vota? numero 15. An vota conjugum tempore divortii, aut religionum tempore Episcopatus, aut quo sunt exempti, aut electi, aut in treribus, aut noviti in alia religione, ad quam transierit, reputentur facta tempore subjectionis, ita ut perfecte irritari valeant? Remiffio numero 16. An vota conditionalia emiffa tempore sui juris, quando conditio impletur tempore subjectionis, vel emittuntur pro tunc implenda, reputentur tanquam eo tempore emiffa, & sic possunt perfecte irritari? n. 17. & 18.

V. g. 2. tomo summe c. 129. casu 20. ad fin. loquens de votis uxoris emiffis ante matrimonium, dicit ea irritata a viro non revoventur. Et probat, quia obligatio semel extincta non reuiuifcit. Sed proponit probandum, nempe posse ita irritari, ut obligatio prioris extingatur.

2. Prima tamen conclusio fit. Vota ante subjectionem emiffa nequeunt proprie, & directè irritari, ita ut non reuiuifcant. Constat ex regula tradita hoc lib. 4. c. 26. num. 5. ubi late probauit, vota non habentia conditionem imbitam pendentem ex superiori consensu non posse irritare. At huiusmodi sunt hæc, utpote que absolute facta sunt; nec voluntas pendebat ab alio, cui subiecta esset. Atque ita loquentes de votis conjugum ante matrimonium emiffis, tenent Archid. c. Nolut 33. q. 5. num. unico, & ibi Bellamera num. 1. Rosella verbo Votum 2. nup. 7. Navarr. summa cap. 12. numero 61. Alexander in suo Enchiridio l. p. ubi de potestate confessoris c. 5. num. 159. Philareus de officio sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 3. cap. 4. §. Sed maior difficultas, Eud. Lopez x. p. instruct. conscientia, caput. 46. §. Mulier uxor, Grassi p. 2. decisio num. lib. 2. cap. 12. numero 31. Et quamvis non loquantur de aliis, at eadem est in illis ratio. Idem tradit Suar. 2. tom. de relig. tract. de voto, lib. 6. c. 6. num. ult.

3. Excipiuntur tamen vota ante religionis professionem emiffa, siue in nouitatu, siue in seculo, quæ si per professionem non extinguantur, possunt post professionem irritari perfecte a superioribus, non aliter, quam si post professionem emiffa essent. Ut optime docet Sylv. verb. Votum 4. q. 7.

q. 7. dicto 3. reddens optimam rationem, quia si professus in instanti professionis non habuit voluntatem non extinguendi ea per professionem, extinguuntur utique per illam. Si autem eam voluntatem tunc habuit, reputabuntur ac facta post professionem, ac pròinde tempore plenæ subjectionis. Sicut tradit Doctores peccatum prauæ dispositionis commissum in baptismo reputari tanquam admiffum post baptismum, & ita subijci sacramento penitentia.

4. Hinc deducitur non posse superiores Societ. Jesu irritare vota in seculo, aut in nouitatu emiffa eorum, qui sola biennii vota, aut coadiutorum formatorum in ea emiffere. Quia sunt vota emiffa ante subjectionem, nec commutantur in ea vota, nec per ea extinguuntur. Quare jure optimo in canone 22. prius congregat. Soc. Jesu, & Regula 23. magistri nouitiorum, dicitur vota hæc manere suspensa, dum hi in Societate perseverauerint, & iis egressi reuiuifcere. Quod intelligendum est, nisi post professionem egerint. Quia cum per professionem penitus omnia vota antea facta extinguantur, nequeunt reuiuifcere.

5. Possent etiam quispiam excipere vota impuberum sub nullius potestate tempore voti existentium, ut possent tutor postea intra impuberatam datu ea irritare: eo vel maxime, quod ut videmus in speciali capite de votis filiorum irritandi, nonnulli afferant quoscumque habentes impuberes parentibus, & tutore delicturi curam, possent eorum vota irritare: & semper libi alicujus cura fit, atque id eo ius votorum tempore habent conditionem imbitam pendentem ex consensu superioris. At quamuis hoc valde piium fit, caret fundamentum. Quia nullo jure, aut consuetudine probatur hec ius, cui pupillus famulatur, aut eius pedagogum habere dominium voluntatis pueri, & de solis parentibus, & tutore id statutum est, alias possent illi cum offerre religioni, & eum ingressum abique eorum licentia reuocare, & contractibus ius legitimam auctoritatem prelarè. Que competent habentibus dominium ejus voluntatis. Cum ergo tempore voti voluntas illius impubers nulli fuerit potestati dominative subiecta, erunt absoluti, nullamque imbitam conditionem, ac pròinde non poterunt perfecte irritari a tutore postea dato, juxta dicta numero secundo. Quando autem impubes tempore voti erat sub alterius dominative potestate cura, licet præsens fit distincta moraliter, habet majus fundamentum exceptio. Atque ita Suarez tomo secundo, de religione, tractatu de voto, libro sexto, capite sexto, numero ultimo, dicit vota emiffa a puella impubere, dum esset sub patris potestate, si postea malitia suppleat ætatem, aut ex dispensatione Pontificis nubat, posse intra eandem ætatem pupillarem a marito irritari: præsertim si iam pater mortuus est. Quia succedit loco tutoris maritus. Et idem ait esse viuente patre, si iam filia est emancipata, & in domo ipsius, propter eandem rationem. Addit autem, si iam exiit pupillam, & pubes facta est, non posse virum irritare perfecte id votum, fed solum partem. Quod iam vir non fingatur videtur, pubes enim est tutela incapax. Probat præterea partem auctoritate D. Augustini, lib. 2. quæst. quinquagesimali sexta, in Numer. & habetur cap. Nolut trigefimotertio, quæst. quinta, ubi: Ita se adhuc in pupilla concefferat pater vota perfectiora, si antequam perfectiora nuptiarum, & viro ejus hoc cogitatum non placuerit: non perfectiora, & sic omnino sine peccato. At hoc testimonium non probat id de sola impubere optata, nec restringit intra impuberatam, fed uniuersaliter loquitur de votis ante matrimonium emiffis, & ideo non loquitur de perfecta irratione, fed de suspensione, de qua dicemus numero sequenti. Et ideo potius placet id votum nunquam posse irritari a marito. Quia nec re vera est tutor, nec in tutoris officium succedit: sicut quando maritus est pubes, minor tamen, non succedit in curatoris officium. Et quamvis prius votum penderet a voluntate dominatiua patris, at dominatiua viri potestas est moraliter diuerfa. Et idem juxta dicta c. 25. n. 5. nequit irritare vota pendencia ab alia potestate dominatiua.

6. Secunda conclusio. Vota ante subjectionem emiffa possunt irritari imperfectè, & directè, id est, suspendi a potestate sequenti dominatiua, quatenus obsequio ei debito præjudicant. Constat ex dictis c. 24. n. 4. ubi probauimus cujuscunque subditi vota sic posse irritari a superiore. Quia subsequens iustitia obligatio ratione nouæ subjectionis, non potest illa voti executione impediri. Constat etiam ex corollariis hinc inferendis.

7. Hinc deducitur primo, vota ante Episcopatum, aut benedictionem exigens residentiam emiffa posse a Pontifice, & ab Episcopo superiore beneficiari, irritari indirectè, seu suspendi, quando muneris susceptio præjudicant. Quia præuoluntatis superioris, & obligatio iustitia contracta ex munere suscepto. Quod satis significat Turres. cap. Non oportet, el. 1. num. unico de confer. d. 5. ubi ait non teneri hos id votum ezequi contradicente superiore. Et in propriis terminis docet Suar. tom. 2. de reg. tract. de voto, lib. 3. cap. 4. num. 11. & li. 6. c. 2. num. 9.

8. Quod si quæras, cur Episcopatus non extinguat omnia vota antea emiffa, cum fit perfectior status religio, cujus professio ea extinguit? Respondet bene Suarez cod. c. 2. nu. 9. rationem esse, quia id fieri nequit abique jure aliquo positiuo, aut consuetudine vim juris habente. Neutrum autem reperitur in statu Episcopali, sicut reperitur in religioso. Quippe est status Episcopalis sit perfectior, ac extenditur a religio.

so quo ad subjectionem voluntatis superiori, & quo ad votorum onera, & religiosum iulitutum seruanda. Et ideo magis liberari debuit religiosus prioribus votis, & oneribus voluntariis.

9. Secundo deducitur, vota ab uxore ante matrimonium emiffa posse a viro irritari indirectè, id est, suspendi. Quod probat ratio adducta n. 7. Idem etiam locus D. Augustini, Relatus n. 5. Et videtur clarè tenere Hoff. sum. 17. de voto, §. Quis uocare possit, num. 7. verf. Uxor etiam, Anton. cap. Scriptura, n. 3. de voto, ubi Abb. n. 8. Card. ibi, qu. 15. Anchar. nu. 14. Navar. n. 6. D. Anton. 3. p. lib. 1. cap. 22. In initio, Rosella verbo Potestatem n. 7. Ang. verbo Votum 2. n. 11. lex regia 8. tit. 8. parte 1. ubi dicitur uxorem non debere implere vota ante matrimonium facta, contradicente viro. Et docent expresse Hugo c. Nolut 33. quæstio quinta, & ibi Archid. numero unico, Bellamera statim in principio, Turres. cap. Sui quodam 17. qu. 1. num. 9. Vincentius in speculo doctrinali, tomo 2. lib. 9. c. 86. Sylv. verb. Votum 4. q. 2. dicto 1. Abulensis caput. sexto, Matthæi quæst. 149. Navarr. sum. Latina cap. 12. n. 65. in fine, Silesius cap. 28. additio ad eundem numerum 65. Monaldus summa, tractatu de voto titulo de votis conjugatorum, versio. Sed nunquid possunt, Aragon. 2. 2. quæst. 81. artic. 8. fol. 1020. Azor. tomo primo instr. moral. lib. 11. c. 17. q. 14. & 2. Valentia 2. 2. disputat. sexta, qu. 6. puncto 6. qu. ultima, Grassi p. 2. decisio num. lib. 2. c. 12. numero 45. Manuel 2. tomo summa c. 90. n. 10. Scaccia qu. 3. de voto num. 75. Emmanuel Sa summa, verbo Votum, ubi de votis irratione, num. 1. Sayro in clavi regia, lib. 6. cap. 10. num. 11. & 19. Suarez dicto lib. 6. cap. 4. num. 16. & c. 6. num. ultimo. Philareus, & Alexander, relati num. 2. & quamvis non omnes hi Doctores explicent hanc esse indirectam irrationem, sed suspensionem, ita sunt intelligendi. Ut bene docet Suarez eo capite 6. numero ultimo: & tradunt Doctores numero 2. relati. Atque cum hæc potestas non fundetur in dominio supra materiam tempore voti promiffam, nec supra aliquam conditionem imbitam in his votis, fed tota fit ratione præjudicii præfenti subjectioni, non poterit vir suspendere vota, quæ præfenti matrimonio non præjudicant. Ut bene tradunt Archid., Monaldus, Syluester, Azor, utroque loco, Sayro num. 19. Suar. utroque loco. Quod verum credo, etfi dicamus virum posse irritare omnia vota post matrimonium emiffa: quia in his voluntas tempore voti est subiecta. Nec poterit vir suspendere votum castitatis ante matrimonium ab uxore emiffum. Quoniam iam votum continet duo, nempe, non exercere adum venerem, & nec reddendo, nec petendo. Quo ad primum, non indiget irratione. Nam fortiori matrimonii vinculo confringitur reddendo. Quo ad secundum autem suspendi nequit a viro. Quia materia petendi non est viro subiecta, ita ut prohibere possit, aut præcipere debiti petitionem: fed mulier est libera, & juris in hoc. Nec tempore voti habebat vir dominium illi quod in uxoris voluntate. Quod maxime verum habet, cum etiam id post matrimonium emiffum tenent mater non posse a viro irritari. Ut videmus in capite specialiter de votis conjugum irritandi. Quamvis minis bene tenent de Priusgo in summa confessorum, lib. 1. titulo 8. quæst. 35. concedat id votum emiffum ante matrimonium posse a viro irritari.

10. Et quamvis videatur non posse virum suspendere vota realia ante matrimonium facta, fed iudicandum ac de illis debitis ante matrimonium contractis ab uxore. At probabilius est posse. Quia cum administratio omniau bonorum uxoris spectet ad virum durante matrimonio, executio eorum votorum præjudicat huic administrationi, & ideo ratione huius præjudicii potest vir suspendere. Nec est simile de debitis contractis erga hominem. Ut n. seq. dicemus. Atque ita tenet Suarez eo lib. 6. c. 4. n. 16.

11. Secus autem est de obligatione erga hominem contracta ab uxore ante matrimonium, non enim poterit vir aliquid circa illam, propter jus hominis acquifitum. Et sic docent Hugo, Archid., & Bellamera relati numero nono. Nec mirum id esse debet, nam filiusfamilias pubes obligatur sine consensu patris naturaliter, & civiliter, ita ut pater reuocare nequeat. At reale ejus votum potest pater reuocare. Cuius rationem tradit Glossa l. 2. verf. Non obligantur ff. de pollicitat. Quia iuratus agitur cum Deo, quam cum hominibus, l. Celsus ff. de receptis arbitris. Sed melior ratio est, nullo iurecunctum esse, ut contractus illius gesti cum hominibus imbitam conditionem pendentem a patris consensu, sicut est in votis. Sic ergo est vir nequeat suspendere contractus ante matrimonium ab uxore initos, poterit tamen vota realia. Et potest esse ratio, quam in filiusfamilias tradidit Glossa: nam tradita a nobis nequit habere locum in hoc casu. Cum ea vota, & contractus uxoris ante matrimonium facta ita absoluta sint, ut nullam habeant a viri consensu conditionem inclufam.

12. Tertio deducitur, vota a viro ante matrimonium facta posse quoque ab uxore suspendi, si dampnum sibi inferant, & pròinde pro tunc non obligabunt. Quia obligatio religionis contracta ante matrimonium nequit præjudicare obligationi iustitie confurgenti ex nouo matrimonio. Atque huius sententia videtur Antonius c. Scriptura, n. 3. de voto, & ibi Abbas n. 8. Anchar. n. 14. Rosella verbo Votum 2. num. 10. ubi adiunt neutrum conjugum teneri vota exequi alio contradicente. Et tenet expresse Suarez cod. lib. 6. c. 4. n. 16.

SUMMARIUM.

An Pontifici, & Episcopis integrum sit irritare vota religionum? *num. 11.*
 An sint aliqua religionum vota, quae à Pontifice, & non à Prælati religionis irritari valeant? *Referretur quaedam opinio, numero 12.*
 Explicatur sententia Auctoris. Et an possit Pontifex irritare votum transmissum ad altiorum religionem? *n. 13.*
 An potestas irritandi vota religionum competat legato Apostolico? *num. 14.*
 An competat universi religionis Prælati? *n. 15.*
 An competat secundariis Prælati, ut superioribus, aut saltem possint religionum vota suspendere? *n. 16.*
 An hæc potestas irritandi vota possit reservari à superiori prælati inferiori? *n. 17.*
 An Abbatibus competat hæc irritandi vota monialium potestas? *Referretur quaedam sententia, n. 18.*
 Explicatur sententia Auctoris, *n. 19.*
 An hæc irritandi Abbatibus sit directæ, ita ut vota non revocantur? *num. 20.*
 An si quisquam se peculiari obedientia voto extra religionem adstringat, possit ille equas vota irritare? *Remittitur, numero 21.*
 Post n. 21, invenies summaria, quæ desiderantur.

Questio fecunda. Quibus religionis Prælati competat hæc potestas irritandi vota religionum? Et quidem an id Pontifici, & Episcopi possint, diximus c. 24. *num. 20.* ubi id diximus posse Pontificem, & *num. 22.* ubi id negavimus Episcopo, nisi respectu monialium sibi subiectarum.

Quod si petas, an sint aliqua religionum vota, quæ à Pontifice irritari valeant, non autem ab aliis religionis Prælati? *Azer. tom. 3. in fin. moral. lib. 11. c. 17. q. 3. v. 3. Monachorum vero,* ait posse Pontificem irritare multa religionum vota, quæ nequeant alii Prælati regularibus, sed nec illi, ubi multa vota hæc inveniuntur: cum sola irritatio transmissa ad altiorum religionem promissa, & votorum, quæ peculiariter sunt aliquarum religionum, demeretur aliis Prælati, ut diximus *n. 15.* *usque ad 9.* Atque de his est difficultas: an à Pontifice irritari valeant? Et videtur pars affirmans. Quia ob id diximus *num. 2.* nequire alios prælatos irritare votum religionum transmissum ad altiorum religionem, quod jure Pontifici eximatur hoc votum. Et *num. 20.* ob id diximus, alia vota non posse, quia constitutio Pontificia sunt ea adnexa statui illarum religionum. At neutra ratio procedit in Pontifice, utpote qui nullo jure humano adstringitur ita, ut coarctata maneat ejus potestas.

Ceterum quamvis multa sint vota, ut omnia religionum vota, & his adjuncta juxta religionis constitutiones, in quibus soli Pontifici integrum est dispensare ex justa causa, at regulariter nullum votum irritare valet, quod regulariter alii Prælati irritare nequeant. Dixi regulariter, quia si alicui religio concessisset licentiam admittentem, quævis, quod rarissimè, aut numquam accidit, nullus alius Prælati regularis id irritare valet. Quia Pontifex est summus omnium regularium Prælatum. Ut probavimus *cap. 24. num. 26.* At interior Prælati nequit votum de superioribus votis emittit irritare, ut probavi *n. 27. n. 4.* Ratio autem nostre sententia est. Quia Pontifex non potest facultate irritandi vota, quatenus Pontifex est, & supremum Ecclesie caput, alia potest etiam irritare vota laicorum, quorum est etiam caput. Cujus contrarium probavi *cap. 24. n. 18.* Sed tantum id potest, quatenus est religionis Prælati, cui una cum aliis eiusdem Prælati votum obedientia emittitur, ut probavi *codem cap. 24. numero vigesimo.* At ut sic non est supra jus Pontificum, sed solum quatenus est Pontifex.

Inter nec potest hujus religioni votum irritare, quatenus est summus omnium religionum Prælati, sed quatenus est sumus: non enim religio se dedicat religioni in universam, sed suæ, & idem nequit Pontifex virtute illius voti obligare hunc ad aliarum religionum inlicita, sed solius suæ: & idem transiens ad strictiorem religionem liberatur voto obedientie Pontifici, quatenus erat Prælati prioris religionis, sicut, & obedientia aliorum prioris Prælati, & transit in obedientiam Pontifici, ut est posterioris religionis Prælati. Neque ergo Pontifex irritare votum transmissum ad strictiorem religionem, & vota adnexa religionis illius inlicita, juxta constitutiones Apostolicas: sicut hæc alios Prælati id posse diximus *num. 2. c. 3.* In casu autem, quem *num. 3.* explicavimus, exitimo posse Pontificem irritare votum transmissum ad strictiorem religionem; nempe, quando cum transmissum sine fide licentia fieri interdixisset. Quia ratio potestatis irritandi vota est conditio jure Pontifici imbibita in his subditorum votis, antequam emittantur; ob quam pendet ex superioris consensu. Cum ergo in eo casu id votum ex Pontifici statu habeat conditionem ex ipsius consensu pendentem, poterit ab ipso irritari, nolendo apponere conditionem. Antecedens fatis probavi *cap. vigesimo quarto, num. 32.* Et confirmatur, quia hæc ratione probavimus *cap. 26. num. 6.* posse Pontificem verè irritare, ita ut

non revocantur, votum Episcopi transmissum ad religionem, quod transmissum sit illi interdictis abque Pontifici licentia, & idem imbibat conditionem ex ejus consensu pendentem.

14 Legatus autem Apostolicus, licet sit legatus à latere, nequit religionum vota irritare. Ducor, quia quamvis solli legati à latere, vel alii legati, qui est à latere non sint, habent concessam à Pontifice potestatem legati à latere, habeant jurisdictionem in religiosis exemptis, quales hodie sunt omnes. Ut bene tradunt *Glossa cap. Quod translationem, verbo Reservata, de officio legati, c. ubi Cardia. qu. 5. Et eadem Glossa cap. 1. verbo Universas, eodem tit. ubi Abbas n. 3. Et in fine, Hostiens. summa eod. tit. n. 3. Speculator tit. de legato, §. cap. Si videtur n. 12. Francisc. c. 1. n. 1. de verbis, signific. in 6. §. 1. Responsum in summa, verbo Legatus, n. 5. Et ibi Angelus n. 2. Et ibi Tassinus n. 3. §. 7. n. 6. Idem Angelus verbo Exemptus, in initio, §. 1. verbo Exemptus, in initio, §. verbo Delegatus quæst. 13. Et potest legatum à latere exercere jurisdictionem in exemptis, nil dicens de aliis legatis, tenet etiam Mandosus in signatura gratia, tit. Exemptio ab Episcopis, v. 1. v. 1. Prælati, & omnes: idque probatur ex *dist. cap. Si Abbatem, ubi dicitur, Abbatem immediate Pontifici subiecto electo in Episcopum neminem posse deterrere monasterium licentiam concedere, nisi Pontificem, aut legatum à latere: subditurque hunc posse electiones exemptorum confirmare, non verò alios legatos. Ex quo textu clarè constat per exemptionem, quæ exemptis redditur Papæ immediate subiectis, non excludi jurisdictionem legati à latere. Et ex *cap. 1. de verbis, signific. in 6.* ubi dicitur Pontificem recipientem aliquos in proprios filios non videri per hoc concedere exemptionem, sed id solum, ne illi possint ab alio, quam à se, aut à legato à latere excommunicari. Nam ibi Pontifex in privilegiis exemptionis ab ordinariis videtur equare sibi legatum à latere, ut scilicet, per exemptionem illam non excludatur hujus jurisdictionis, licet nec sua. Quamvis, inquam, hoc fit verum, at non inde sequitur, legatos à latere habere hanc irritandi potestatem, sed solum eos habere jurisdictionem in regulares quatenus exemptionem mutant. At hæc irritandi potestas non est alicuius jurisdictionis, nec competit Pontifici, quatenus habet jurisdictionem spirituales, sed quatenus habet potestatem dominativam in religionum voluntates, ratione voti obedientia, quod ipsi, tanquam supremo religionum generali emittitur. At nullo jure constat id votum emitti legato à latere. Et ideo optime Cajetan, *n. 2. quæst. 88. articulo duodecimo, columna antepenultima, post ante solutionem, §. ubi, ait, prælatum religionum posse irritare vota illorum, tanquam dominum, vel quasi dominum, & non tanquam Prælatum.***

15 Hæc potestas irritandi vota religionum competit quibuscumque Prælati regularibus, ut generalibus, provincialibus, superioribus localibus. Quia his omnibus votum obedientia emittitur, sicutque vere prælati. Quod omnes fatentur. Atque idem dicendum est de viatoribus, utpote qui sunt provincialibus superioribus, & toti provincia præstant. Et hoc, nisi alias jurisdictioni esset ad aliquos actus limitata. Et quamvis essent alii religioni non exempti, potest dicit prælati irritare votum, quamvis dispensent tunc nequeant. Ut dicimus tradentes de horum facultate ad dispensandum. Quia hæc potestates non sunt conjunctæ. Sicut Abbatibus nequit dispensare in votis monialium, potest tamen ea irritare, et tunc ubi Episcopo, & Prælati regularibus. Ut dicimus *n. 19.* Atque ita docet Suarez, *tom. 1. de religione, tract. 2. de voto, lib. 6. c. 10. n. 15.*

16 Nec tamen hæc potestas competit secundariis religionum prælati, quos communiter superiores vocant, & in Societate Jesu ministros. Quia res vera non sunt, prælati; sed prælatorum adiutores, ad res quasdam ab eis commissas, & idem potestatem dominativam in religiosis non fruntur. Atque idem, nec possunt subditorum confessiones audire, nec licentiam audiendi aliis concedere. Ut tradunt Doctores tractatu de penitentia; & optime Sotus *4. dist. 18. qu. 4. articulo 2.* Quando tamen Prælati esset absens, atque aded tota conventus gubernatio ad ipsos spectaret, tanquam vicibus illius gerentes, possent utique. Quia tunc plena Prælatorum vice fungantur, & sic sunt vere prælati, & possunt subditorum audire confessiones, & aliis audientibus committere. Ut bene Sotus *dist. 18. qu. 4. articulo 2.* Atque hoc constat ex his, quæ diximus *c. 24. num. 23.* Et in propriis terminis docet Suarez, *tom. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 7. num. 17.* Qui bene addit, hoc etiam posse ex delegata prælatorum facultate sibi concessa. Quia *cap. 24. num. 5.* probavimus hæc facultatem posse delegari. Possunt tamen hi secundarii prælati occupare subditum tempore, quo votum impletur erat, & sic suspendunt votum. Quippe cum habeant jus præcipiendi infra limites suæ domesticæ gubernationis, nec sit ad hoc necessaria potestas dominativa, sed factis sit economica, poterunt id facere. Nec enim subditus potest suis votis potestatis horum præjudicare; idque esset contra conventus administrationi adueritum. Atque aliquando per accidens id votum non amplius obligabit, quia erat illi temporari adnexum.

17 Quamvis verò omnibus religionis prælati potestas hæc irritandi competat; at id cum quadam subordinacione est, & ideo potest superior prælati inferiori referre aliquam irri-

ritationem; sicut, & potest alia circa regimen, & abolutionem referretorum. Ita Suarez, *potest lib. 6. cap. sexto, num. 17.*

18 Rursus est difficultas de Abbatibus, & Prioribus, an possint vota monialium irritare. Videtur pars negans; quod satis sit cum potestatem esse apud conventus Prælatos, ad quos gubernatio spectat. Atque ita *Azer. tom. 1. in fin. moral. lib. 11. c. 17. q. 3. ad finem,* videtur eis limitatam irritandi vota potestatem concedere: ait enim, posse has irritare vota, quæ religiofamilie sunt incommoda. Et *Manuel secundo tom. summa, c. 89. n. 9.* ait, posse has irritare vota emissa de operibus supererogationis, ac liberis; & ita videtur limitatorem concedere potestatem, quam Prælati religionum, qui possunt etiam vota de rebus præcepti irritare. Ut diximus *num. 7.*

19 At probabilis est, posse Abbatibus, seu Prioribus omnia monialium vota irritare, quæ possunt prælati circa religiosis. Quia non solis prælati, sed ipsi quocunque Abbatibus emittitur votum obedientia, ut dicimus *lib. 6. hujus tractatus, agentes de voto obedientia, & ideo vota includunt tacitam conditionem pendente ex eorum consensu. Præterea, quia non minorem potestatem habent in actus monialium, quam mater tunc in actus impuberum. Et ideo hæc sententiam tenet Petrus de Lese/ma *2. tom. summa, tract. 10. cap. 7. ad finem.* Et clarè eam videtur tenere Orlandus *4. dist. 38. dist. unica, propositio 19. Alcezer summa c. 16.* ubi de potentibus irritare vota, *concl. 7.* ubi dicitur eadem ratione competere his Abbatibus potestatem irritandi, quæ competit prælati religionum. Eandem clarè tenent alii absolutè hæc potestatem illis concedentes. Ita *Angles foribus 2. p. q. unica, de voto, art. 7. difficult. 7. Manuel 99. regularibus, tom. 1. qu. 25. art. 7. Prælati cavallero sacramentorum 3. p. cap. 14. numero 98. Leonardus 1. 2. de iustitia c. 40. dub. 13. num. 107. v. 1. Abbatibus, Suarez tom. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. cap. 7. numero ultimo, Sayo in clavi regis, lib. 6. cap. 10. num. 7. v. 1. Hinc est, & *num. 13. in fine,* ubi dicit, id verum esse, quamvis vovendi dederit licentiam. Sicut *cap. 27. num. 9.* idem diximus de prælati religionis. Eandem clarè tenet *Vaquez 1. 2. quæst. 96. artic. 4. disputat. 165. cap. 4. numero vigesimo, ubi dicit non alia ratione jus esse prælati religionum irritandi vota suorum religionum, nisi ratione jurisdictionis Pontifici jure ipse concessa illis, quæ eos punire valent, & compellere ad votorum, & regularè observantiam. Et tamen n. 28. dixerat eadem jurisdictione Abbatibus potiri erga moniales.***

20 Atque hæc irritandi vota esse propria, & directam, & ita ut vota non revocentur, probant rationes n. præc. allatae. Et docet Suarez ibi relatius.

21 An vero si quis de peculiari obedientia alicui voto adstringat extra religionem, possit ille vota ejus irritare diximus *c. 24. n. 35.*

SUMMARIUM.

An superiores Societatis Jesu possint irritare vota eorum, qui biennii votis adstricti sunt? *Proponitur ratio probans partem negantem, num. 22.*
 Explicatur sententia Auctoris. Et remittitur, quid de votis emissis ante ingressum in Societatem, aut tempore novitatus? *num. 23.*

An superiores equitum, quos Comendadores appellant, possint eorum vota irritare? *n. 24.*
 An votum religionum possit irritare vota eorum, quando sunt Episcopi, aut aliter à jurisdictione exempti, aut ex illi, aut in irremovibilibus, aut sunt novitii in alia religione, ad quam transierunt: aut emissa sunt in saculo, aut in novitatu? *Remittitur, num. 25.*

An possint irritare vota novitium? *Referretur duplex sententia, n. 26. c. 27.*
 Explicatur sententia Auctoris, *n. 28.*

Quid, si sint novitii qui in religione emiserunt ex animotione tria substantialia religionis vota simplicia? *n. 29.*
 An vota novitium suspensa durante novitatu? *Referretur duplex sententia, n. 30. c. 31.*

Explicatur, quæ vota personalia valeant superior suspendere, *nu. 32. c. 33. c. 34.*
 An id queque possit magister novitium? *n. 35.*
 Quid de votis realibus? *n. 36.*

An sint suspensa ipso jure vota aliqua personalia? *n. 37.*
 An sit idem, sive in novitatu, sive antea emittantur vota? *num. 38.*

An novitio egresso religione revocantur ea vota? *numero 39. c. 40.*
 An possint ea novitii vota commutari in religionis opera? *numero 41.*

An si commutatione facta egressatur, revocantur? *n. 42.*

Questio ultima. Qui sint religiosi, quorum potest superior irritare vota? In qua est prima difficultas. An superiores Societatis Jesu valeant irritare vota suorum religionum, qui solis biennii votis simplicibus ligati sunt? Et videtur, non posse. Quod jus irritandi vota sit potestatis dominativæ, quæ ex sola professione confugit.

23 At dicendum est, abque dubio posse. Quod per ea

vota desinant esse novitii, ac constituantur veri religiosi, sequè cum suis omnibus actibus tradant Societati, ita ut Societas in eos acquirat verum jus, sicutque quo ad omnes suas operationes ipsi subditi, non aliter, quam profecti. Ut docet *Greg. XIII.* in sua bulla incipiente, *Ascendente Domino.* At ex hac subjectione oritur potestas irritandi vota, & non ex sola professione. Atque ita habet voti totius Societatis. Et docet Suarez *tom. 2. de religione tractatu de voto, lib. 6. cap. 7. num. 10.* An vero possint irritare vota emissa ante ingressum in Societatem, vel tempore novitatus diximus *cap. 31. num. 4.*

24 Secunda difficultas est. An superiores equitum ordinum militarium, quos vulgò Comendadores appellant, possint sententiam suam irritare? Videtur posse, quia juxta veriorum sententiam sunt veri religiosi, & maxime milites D. Joannis, qui votis solemnibus adstringuntur. Ceterum non audeo id asserere. Quia obedientia, quia hi sunt superioribus adstringuntur, est valde limitata, nec quo ad omnes suas operationes, nec ipsorum est operationes horum dirigere. Quæ potestas est fundamentum hujus juris. Quare nisi legitima consuetudine obtentum esset id posse, illud non concederem.

25 Tertia difficultas est. An prælati religionis jus sit irritandi vota religionum, qui jam sunt Episcopi, aut ejectioni, aut in trimeribus, aut alio modo exempti? Sed de hoc diximus *cap. 30. n. 21. usque ad 27.* Et quid, si sint novitii in alia religione, ad quam transierunt. Diximus ibi, *n. 28. usque ad 30.* Et quid de emissis ante ingressum in religionem, vel tempore novitatus: diximus *c. 31. num. 3.*

26 Ultima difficultas est. An prælati religionis integrum sit vota novitium irritare? Quodam sententi non posse, si in saculo emissa sint, aut si in novitatu, ut potest implerentur; secus si in novitatu facta sint, ut tunc implerentur. Quia novitium dum probatur, subest prælati. Sic quidam, quos tacito nomine referret *Azer. tom. 1. in fin. moral. lib. 11. c. 17. qu. 20.*

27 Aliis vero, placet posse irritare sub hac conditione, si sequatur professio, secus si non sequatur. Quia sicut novitium est religiosus in fieri, & non perfectè, ita prælati competit hæc imperfecta irritandi potestas. Auctores hoc tacito nomine referret *Sayo referendus n. 169.*

28 Verum dicendum est, prælatos religionis nullo irritandi vota novitium jure potiri. Quia cum novitium sint religiosi effecti, voluntas eorum non pendet à prælati voluntate, nec in illam dominium habet. Atque ita docent *Prævar. summa Lat. cap. 12. num. 65. Hispania cap. 28. addit. prima ad eundem num. 65. Ludovicus Lopez prima parte instructionis conscientia cap. 48. columna 2. v. 1. Materia voti, Azer. tom. 1. institutionum moralium, lib. 11. cap. 17. quæst. 20. c. 2. ultima, Sayo in clavi regis, lib. 6. cap. 10. num. 15. Leonardus lib. 2. de iustitia c. 40. dubio 10. num. 77. Manuel 2. tom. summa cap. 89. num. ultimo, c. quæst. regularibus, tom. 2. quæst. 25. articulo octavo, Llamas de methodo curationis 3. p. cap. 4. §. 42. in fine, Suarez tom. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. cap. 7. numero 11.*

29 Quod si novitium apponeret in voto conditionem, si superior approbaverit votum, vel consenserit, poterit superior irritare per subordinationem conditionis appositæ. Ut bene docet Suarez *ibidem.* Et *cap. 24. num. 36.* diximus, id esse generale in votis quibuscumque apponitis similia conditionem.

30 Atque idem dicendum est, quamvis novitii illi ex sua devotione emittent tria substantialia religionis vota. Quia est illis in ordine ad Deum manent obligati, religio tamen nullum jus acquirit in eos, nec per ea efficiuntur religiosi. At hujusmodi vota non satis esse hæc potestatem irritandi tribuendam, probavimus *c. 24. n. 35.*

31 Sed restat difficultas, an novitium vota manent ita suspensa tempore novitatus, utpote tunc non obligent? Affirmant aliqui tam de votis realibus, quam personalibus. Ita videtur sentire Covarr. de pactis 1. p. §. 3. num. quarto, v. 1. Secò apparet, Grassi 1. p. decisionum, lib. 2. cap. 30. numero secundo. Et probant, quia ea vota realia possunt commutari in melius, quale est perpetuus religionis ingressus. Dixi autem videri sentire, quia si bene inspiciantur, loquuntur, quando quis commutat propria sua auctoritate omnia vota in perpetuum religionis ingressum, & tunc verissimum est; nulla vota sic commutata obligare tempore novitatus.

32 Alii autem tradunt absolutè, novitium excusari tempore novitatus à votis personalibus implendis, & ita ea pro tunc suspensa esse, secus de votis realibus. Ita docent *Pall. 4. dist. 38. quæst. quarta, artic. 3. conclusio, tertio, n. 33. Div. Anton. 2. p. tit. 11. cap. 2. §. 8. nazabiti 2. Syllaber verbo votum 4. quæst. 7. dist. 3. Ludovicus Lopez ubi n. 28. cum restat.*

33 At dicendum est, sola vota personalia impendenda executionem exercitiorum novitatus posse superiori suspendere; qualia sunt, quæ vel opera religionis, vel ordinem impediunt, vel nimium aggravant religionis onus. Ratio est, quia cum novitium subest cura superioris pro tunc gubernandus, ut ipse possit religionis experientiam capere, & religio ipsius, consentaneum est rationi, eum omni jurisdictione necessaria ad hunc finem potiri. Huic autem valde necessarium est, moderari opera impedienda exercitiorum operum religiosis,

nis, quæ est necesse nouitium exercere, & experiri; vel quæ possunt onerosam reddere religionem, & sic oneri incumbens non uitium illam deleret, aut saltem difficilior erit persequenda. Quæ ratio cum non militet in votis illis, quæ nec obstant religionis exercitiis, nec illam aggrauant, non est cur suspensio possit hæc suspendere. Ut si votum sit seruandū præscripta in regula, aut seruandū præcepta Dei, aut Ecclesiæ. Et ita docent Leonardus lib. 2. de iustit. c. 40. d. 10. nu. 37. Suarez dicit prædicta de voto, lib. 6. c. 7. n. 12. & c. 11. nu. 3. Et amplius constabit ex dicendis n. 37. ubi probauimus priora vota suspendi ipso iure.

33 Id tamen monerim posse aliquando accidere, ut est votum per se, ac inapte natura, non obstat religionis exercitiis, nec illam aggrauret; at per accidens id efficiat, & tunc poterit superior similiter suspendere. Verbi gratia, promissit nouitius seruare silentium regula præscriptum, aut interesse sacro, aut horis canonicis, ut præscribit regula, quamuis ex se hæc vota non aggraurent religionem, nec impediunt eius exercitia; at postea inde tot scrupuli in nouitio oriri, ut se inceptis esset religionis exercitiis, aut multo grauiora redderentur; & tunc posset suspendere superior. Quia militat ratio tradita n. præc.

34 Alia etiam ratione poterit suspendi votum nouitii, nempe, superiore occupante illum tempore quo votum personale impletur erat, aut ex iusta causa interdicente materiam promissam. Quia prælatus quous tempore nouitium occupare potest, & ut permoneat, oportet ipsum obediens. Quare tunc temporis id votum, quod obseruanda regulari, quod obseruanda commode requirit cum obseruanda regulari, nec tenetur tunc nouitius petere licentiam implendi, nec manifestare votum. Quia ad neutrum se explicat, ut implicite obligat. Sicut ob hæc rationem c. 25. n. 26. idem diximus in votis profesorum. Nec credo peccare superiores, qui consensu votis personalibus comparabilibus cum obseruandis regularibus, tunc nouitium iusta ex causa occupant, & materiae prohibent. Quia ea vota personalia non ardeant ipsum superiores, quominus nouitium omnino tempore occupare queat, aut aliquid ipsi iuste prohibere.

35 Atque idem, quod diximus de prælato religionis respectu nouitiorum, credo etiam verum de magistro nouitiorum, poterit enim similiter suspendere vota, quæ diximus posse prælatum suspendere. Quia est verè eorum superior, & ipsi specialiter, & immediatè incumbit regimen nouitiorum.

36 Ex dictis deducitur, realia nouitiorum vota non posse suspendi. Quia nullatenus obseruandis regularibus obstant, aut iugum religionis aggrauant. Sic Palud. D. Anthon. Syll. Lindov. Lopez allegati n. 31. Azor. tomo 1. instit. moral. lib. 11. c. 17. quæst. ultima, & cap. 19. quæst. 21. Leonard. lib. 2. de iustit. c. 40. d. 10. n. 37. Suarez eod. lib. 6. c. 7. n. 12. Exillimo tamen in peculiari aliquo casu posse etiam suspendi, quamuis regulariter nequeant. Causa autem erit, quando religio aut non ministrat nouitis alimenta, aut non sufficientia, & nouitius indigeret bonis, quæ habet ad se alendum, illisque expensis in voti executione, redderetur multo onerosior religio, deficientem necessaria sustentatione. Quia tunc militat ratio tradita n. 25. de votis profesionalibus.

37 Imò vota impediencia impleri opera religionis voti suspensa ipso iure, & quasi lapsa, & sic non obligant, dum nouitius manet in religione. Quia cum multo melius sit pro tunc nouitius exequi religionis opera, ut religionem experiantur, ipsique satisfaciunt admittantur, vota hoc impediencia nequeunt pro tunc obligare, utpote quæ majori bono implendo obstant. Atque ita docent Paludanus, D. Anton. Syll. Lind. Tap. relati n. 21. Azor. q. 21. cap. Leonard. citati n. præc. Alcocer summa c. 16. ubi de votorum commutatione, c. 16. d. 15. fol. 57. columna 2. Sayro in clavi regia, c. 6. cap. 10. num. 15. Manual. 2. tomo summa c. 89. num. ult. idque significat Suarez eod. cap. 7. num. 12. dicens probabile esse de se tunc non obligare, tamquam impediencia maius bonum. Dico autem id significare, quia statim subdit hæc verba: Si prælatus pubeat non seruare, sed sequi ordinem religionis. Quæ conditionalis videtur deservire, quod prius significat; si enim hoc superioris præceptum exigit, non sunt suspensa ipso iure. Et ideo id non exigi existimo, sed ipso iure suspensa esse, & pro tunc non obligare. Quia votum nunquam potest majori bono obstat. Atque hoc existimo verum non tantum, quando pro se impediunt, & reddunt iugum religionis multo grauius, sed etiam, quando per accidens id efficiunt modo explicato num. trigésimo tertio. Quia militat eadem ratio.

38 Nec discrimen aliquod est statuendum, quod ad omnia dicta de nouitiorum votis, siue ea in nouitiatu, siue in saculo emissa sint. Quia rationes traditæ militant æque in utriusque votis. Et ita docent Suar. eod. lib. 6. c. 11. n. 93. & Azor. eod. cap. 17. qu. ultim. loquuntur expressè etiam de emittis in saculo, & cæteri Doctores indistinctè loquuntur de votis nouitiorum.

39 Cum autem prædicta vota non verè irritentur, sed tantum suspendantur, reuincant, ac obligant nouitio egresso religione tempore nouitiatu. Quod aperte tradunt omnes Doctores citati, quatenus sunt ea suspendi pro nouitiatu tempore. Et in propriis terminis tradunt Ludov. Lopez n. 21. citatus, Suarez utroque loco, & Leonardus relati n. 32.

40 Hoc tamen intelligendum est, nisi vota essent aduersa temporis, vel illi statui, ex volentis intentione, tunc enim eo tempore tranfusa, & statuta relicta, non obligant vota, non est quod irritata sint, sed per lapsum temporis, quo obligabant. Quod per se est notum. Et tradit Suarez eod. lib. 6. cap. 11. num. 9.

41 Tandem ad vitandos scrupulos sanum consilium erit, ut auctoritate prælati, aut propria commutentur ea vota in opera nouitiatu exequenda: quod intelligitur ea esse modo, quo in tractatu de votorum commutatione dicimus posse auctoritate superioris vota nouitiorum, & quæcumque; propria auctoritate commutari. Quod bene docent Manual dupl. loco, quem n. 28. retulimus, Alcocer relatus n. 37. Leonardus lib. 2. de iustit. c. 40. d. 10. n. 77. & d. 10. n. 93. Qui in hoc posteriori loco bene ait, id etiam esse verum de votis realibus. Quia cum per ea tamquam parti non intima nullum jus acquiritur tibi, possunt eodem modo, quo personalia commutari. Ut suo loco dicemus. Est tamen maxime aduertendum, quando absolute sit commutatio in nouitiam vota opera, cum hæc sint incerta, cò quod potest nouitius egredi, nec possint extra nouitiatum ea impleri, hæc esse considerata, ut iudicetur æqualitas cum re promissa; ut vel præscribantur opera, quæ eo egresso tractum impleri, & voto æquivalent, vel si votum habeat tractum necessarium, ut quædæ, aut octavo quoque die recitandi, aut jejuniandi, fiat commutatio pro solo nouitiatu tempore.

42 Hinc deducitur, qualiter sit intelligendum, quod tradit Leonardus d. 11. num. 93. ubi dicit vota sic commutata reuincant eo egresso religione. Quia (inquit) pro solo nouitiatu tempore commutatio facta est. Quod intelligendum est, nisi id votum fuerit alligatum temporis, idque tranfusa sit; iuxta dicta num. 40. Præterea intelligendum est, quando commutatio facta est pro solo nouitiatu tempore, quod regulariter accidit, & ita existimo in dubio presumendum. At si commutatio fuit omnino absoluta, quod ex materia subrogata loco prioris voti constabit, nempe, quando erat talis, ut etiam in saculo impleri commode posset, nec mentio nouitiatu facta sit, nulla supererit obligatio prioris voti, sed materia; in quam facta est commutatio, si nondum impleta sit.

CAPUT XXXIV.

Qualiter utriusque coniugi potestas sit irritandi vota alterius?

SUMMARIUM.

Quot quæstiones disputanda sint? n. 1. An vir possit omnia uxoris vota, præter quàm castitatis irritare? Refertur quadam sententia, n. 2. Explicatur sententia Auctoris, & simul solvantur contraria, numero 3. Quid, si vir, aut uxor mancipia sint? n. 4. Quid de voto uxoris emitti in subsistitum Terre sanctæ? n. 5. Quid de votis emittis matrimonio rato, nondum consummato, animò ad religionem tranfrendi? n. 6. Quid, si vir fornicationis reus sit, aut è contra, an præuocetur hec irritandi iure? n. 7. Quid de votis emittis ante matrimonium, vel tempore alterius matrimonii, vel tempore divorcii, aut si facta sint tempore matrimonii, & est divorcium, aut tempore, quo uxor impubes erat sub patris potestate Remissæ, n. 8. Post n. 8. inuenies alia summaria.

1 Triplex est quæstio disputanda. Prima, de potestate viri ad irritanda omnia uxoris vota, præter votum castitatis. Secunda, de voto castitatis. Ultima, de potestate uxoris ad reddenda irrita vota viri.

2 Quæstio prima. An viro ius sit omnia uxoris vota irritandi, præterquam castitatis? De qua quæstione, egi latè, & clarè, lib. 6. de matrim. disp. 39. & ideo summam referam, remittendo illuc rationes, & Doctores. Pundus difficultatis eò pertinet, an uxor subdatur viro, quò ad solam materiam promissam, nam tunc sola vota de materia promissa præiudicant viro poterit illi irritare, et potius etiam subdatur quo ad voluntatem, sicut impubes patri, vel tutori, vel religiosis prælato, tunc enim poterit omnia uxoris vota irritare, inlar horum. Duplex est sententia. Prior (quæ est valde probabilis) tenet uxorem ratione solius materiae promissæ subdi viro, ac proinde virum sola vota præiudicantia sibi, ac domesticæ gubernationi, posse irritare reddere. Huius sententiæ fundamenta, & Auctores retuli ea disp. 39. n. 5. Et præter Doctores ibi allegatos, eam sustinent Leonardus lib. 2. de iustit. cap. 40. d. 10. num. 83. Azor. tomo 1. instit. moralium lib. 11. c. 16. qu. ultima, & cap. 17. qu. 22. Sayro in clavi regia, lib. 6. cap. 5. num. 8. & c. 10. n. 19. Llanas methodo curatioms 3. p. cap. 4. §. 23. Suarez tomo 2. de religione, tract. de voto, lib. 3. c. 6. num. 26. & in d. 16. c. 4. n. 4. Qui fortificando rationes aduersarias ibi allegatas, probat hæc sententiam. Quia subdectio uxoris ad virum ex solo matrimonii vinculo nascitur, & est illi commensurata. Sed vi talis vinculi sola sequitur subdectio necessaria, & conueniens illi statui, nempe, usus matrimonii,

nil, educationi prolis, gubernationi familie, media enim sunt proportionata fini, & effectus commententur causæ. Ergo dependentia, & subdectio in votis secundum se, & ex parte voluntatis non sequitur extramatuini vinculo, sed sola subdectio ratione materiae. Et confirmatur, quia subdectio uxoris ad virum non est absoluta in rebus omnibus; ergo continetur intra dictos limites, nullo enim alio modo rationabiliter debere poterit. Et confirmatur secundo, quia nonquit vir prohibere suo arbitrio uxori omnia opera supererogationis, nec potest præcipere quicquid liberet. Ergo nec potest tollere vota ex eo solam, quod voluntarium obligationem afferunt. Secundo, quia Deus non amplius subdidit uxorem viro, quam naturalis ratio postulat, attento matrimonii vinculo, & naturali utriusque coniugis conditione. At mulier non ita discretione caret, ut nequeat prudenter, & validè uouere; aliis omnia vota femininarum possent à patre irritari. Ergo uxor non subditur viro quò ad omnia vota à se emissa.

3 Posterior sententia (quam ea disp. 39. num. 4. amplexus sum, & nunc quoque amplector) ait uxorem subdi viro, non tantum quò ad materiam promissam, sed etiam quò ad voluntatem gubernandam: atque ideo integrum esse viro omnia eius vota irritare, etiam si sint de rebus necessariis, ut de non mentiendo, sicut patet potest omnia impuberis, & prælati omnia religio. Cujus sententiæ sunt D. Thomas; Durandus, Glessa, Gratianus, Major, Sotus, Brunellus, Alcocer, Siveira, Emmanuel Sà, Aragon. Manuel, Vega, quos omnes retuli eo n. 4. Et solùm moderate elemosynæ votum excipientes, Abbas, Paludanus, Supplementum Gabrieli, Resella, quos ibi retuli. Et Angles ibi etiam relatus solam votum de rebus necessariis excipient. Et præter Doctores ibi relatos, hæc clarè tenet D. Bonavent. 4. disp. 32. in expositione litteræ n. 4. ubi ait virum non posse irritare votum continentie uxoris: eò quod in hoc sint parës; & statim subdit hæc verba: Nec est simile de voto abstinentie pro eo, quod quantum ad omnia præcepta viri uxoris, præterquam in hoc ser. Ecco quam apertis verbis omnia uxoris vota subdi viro, præter votum continentie, de quo non est tunc iure, sed à numero nono dicemus de illo. Eandem tenent Avendani cap. 30. Numer. 9. 65. in solutione ad 2. Petrus de Leshomo explicans cum aliis, quos eo n. 4. retuli, est id votum sit de preceptis seruandis, tomo 2. summa tract. 10. cap. 7. d. 10. ultimo, d. 2. Atque dicit probabiliter Leonardus numero præcedenti relatus, & idem dicit Ludovicus Lopez, scriptor eo numero 4. retuli, ubi hæc sententiam testimonio Quærum, & sanctorum, & rationibus probauit; & ibi num. nono, solui rationes contrarias. Et probatur modo fortificando rationes ibi propositas, & simul respondendo contrariis numero præcedenti propositis. Quia lex, & finis matrimonii maximam pacem, maximumque amorem inter coniuges postulant, atque rectam filiorum educationem, domusque gubernationem, & libidine exigunt, uxorem subdi viro in necessariis ad hæc conseruanda; ut autem hæc perfecte conseruentur, necessaria fuit plena voluntatis uxoris subdectio viro, quò ad nouas obligationes sibi imponendas, possent enim inde oriri discordiæ. Et sic Gen. 3. absolute dicitur uxori à Deo: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et ad Ephe. 5. Mulieres viris sint sicut Christus, sicut Ecclesia, quantum vir caput est ecclesiæ, sicut Christus caput est Ecclesiæ, sicut sunt Ecclesiæ subiecta est Christus, ita & mulieres viris sint in omni re. Ubi pondero subdectioem in omnibus viri, & tamquam eius capiti. Sicut enim omnes corporales adiones capiti subdantur, ab eoque gubernantur, ita omnes adiones uxoris viro, ut ab iplo gubernentur. Et confirmatur, quia ficut reata spiritalis gubernatio religionis postulat voluntatem subditorum subdectio prælato in omnibus obligationibus additis; nec huic plenè subdectio obstat, & sic secundum regulam, nec omnia opera supererogationis possit ad solam prælati libitum interdici; ita etiam reata, & pacifica gubernatio domus, educatio filiorum postulant plenam uxoris viro in omnibus subdectioem, quo ab obligationes nouas sibi imponendas, ne votis imprudenter factis perturbentur pax, & reata gubernatio domus, & filiorum educatio. Nec huic plenè subdectio obstat, virum non posse præcipere, nec interdicere omnia. Nec obstat etiam, in religione directionem esse ad finem spirituale, ad quem pertinent vota. Ad directio uxoris est ad finem temporalem. Non, inquam, obstat, quia esse finem spirituale est valde extrinsecum irritationi votorum, quæ est actus potestatis dominantis; & sic poterit potestatem impuberum vota irritare, quamuis eius superioritas ordinetur ad gubernationem domesticam. Et confirmatur amplius, quia multo maiori potestate potestatem irritandi vota eorum, sicut fuit necessarium consilium imprudentiæ nuptiarum. Atque de facto consilium esse constat ex testimonio Scripturæ citatis, ubi in omnibus uxor subdectur viro. Et in cap. trigésimo Numerorum, eodem prorlus modo, & sub eadem verborum generalitate dicitur vota uxoris non esse firma abique licentia viri, ac vota puellæ existentem in parentis domo, sine consensu patris. Sed dices, hæc eadem ra-

tiones posse habere locum in seruis respectu dominorum. Respondet, disparè valde esse rationem, quia seruitus non est vinculum perpetuum, sed potest facile seruis domo expelli, nec est locus ad gubernationem domus, & ad prolem educandam; & ideo non oportuit illum ita subdecti domino, quò ad obligationes sibi imponendas, sicut uxorem viro; quæ quod ad hæc est focia, nec potest extelli.

4 Nec in hoc discrimen aliquod constituto inter coniuges liberos, aut seruos, potest enim maritus, siue seruus, siue liber irritare omnia uxoris vota, siue liberæ, siue ancillæ. Quia ex matrimonio eadem potestas consequitur inter seruos, ac inter liberos, præterquam inter seruos, ad impediendum debitum dominis obsequium. Quæ exceptio potestati irritandi omnia uxoris vota non obstat; cum irritata vota non impediatur obsequium domini.

5 Hinc primo à quibusdam excipiunt votum uxoris emitti in subsistitum Terre sanctæ, dicentes id à viro non posse irritari cum hac tamen limitatione, si uxor non sit iunior, & suspecta de incontinentia, sique ita locuples, ut gentem armis munitam secum deducere possit. Hos Doctores, & eorum fundamentum retuli lib. 9. de matrim. disp. 4. num. 17. Verum cum aliis Doctores ibi probauimus contrarium. Et præter Doctores ibi citatos, tenent Sayro in clavi regia, libro 6. cap. 5. num. 10. Suarez tomo 2. de relig. tractatu de voto, lib. 6. cap. 5. num. 15.

6 Secundo possent excipi vota ab uxore emissa matrimonio rato, nondum tamen consummato, eò quod nondum plenam uxoris possessionem tempore voti maritus habuerit. At sic distinguendum est. Si id votum sit religionis absolute emissum, aut pro tunc implendum, constat, nec posse à viro irritari, nec suspendi. Quia tenetur uxor inuito viro consummare matrimonium, sed votum implere ingrediendo religionem. Si autem emittatur implendum tempore soluti matrimonii, poterit à viro irritari, iuxta opinionem, quam retulimus cap. 27. numero 2. dicentem, vota uxoris facta in tempore libertatis, posse à viro irritari; at reueta opinione, quæ nonnullis ibi numero 3. tenuimus, dicente non posse ea irritari, dicendum est, nec hoc posse, utpote quod in tempore soluti matrimonii est factum. Atque nec posse irritari exillimo, utriusque modo sit factum, licet postea consummetur matrimonium; & sic nequeat pro tunc impleri votum, ut promissum fuit, sed manebit pro tunc suspensum, donec illud exequi liceat, sicut si votum religionis factum esset ante matrimonium. Quia cum tempore, quo emissum est, nullam habuerit imbitam conditionem pendentem à viri consensu, nequit postea irritari; iuxta regulam à nobis traditam cap. vigésimo sexto, numero quinto. Si autem alia vota tunc emissa, implenda in religione, nequeunt similiter irritari, utpote quæ facta sunt in tempore libertatis; sed cùs si sint tunc implenda. Quia constante matrimonio pendent à viri consensu. Atque utrumque agens de voto castitatis tenet Sayro in clavi regia, libro sexto, capite 5. numero duodecimo.

7 Tertio alii excipiunt, nisi vir notoriam fornicationem corporalem, aut spiritualem admiserit, tunc enim dicunt non posse virum irritare vota uxoris etiam sibi præiudicantia. Sic Grassi, l. p. decisioem, lib. 2. cap. 29. num. 10. summa & posse aliquis existimare esse sententiam Nauarræ, summa Latina, cap. undecima, num. sexagesimo quarto. Hispania non sexagesimo quinto. Sed re vera id non sentit, sed satis obscure loquens dicit, tunc posse coniugem votum alterius non petendi debiti irritare, quando alter illorum indiet id notoriam fornicationem corporalem, vel spiritualem. Et probat ex cap. Agathosa 27. quæstio secunda, & refert Abatem cap. finali, de conuers. conuicari. Et ita Nauarrum intelligit Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 6. num. 6. quæst. ultima, verset. Existit autem; nec illum improbat, sed dicit id non clare colligi ex disp. cap. Agathosa. Eodem modo intelligit illum Lud. Lopez, 1. part. instruct. conscientia, cap. 47. ad finem, & dicit tunc posse alterum irritare, ne alter periclitetur. Sed textus in disp. cap. Agathosa, nil confert ad id probandum; & falso Abbas allegatur. Nec periculum alterius coniugis confert dominium in alterius voluntatem, aut materiam promissam; quod exigit ad irritandi potestatem. Ergo quamuis id periculum præbeat iustam dispensandi in eovoto causam, nil tamen ad irritationem confert; atque adeo si secluso eo periculo non poterat coniug irritare, idem erit dicendum eo stante. Deinde, quia parum confert ad periculum, esse notoriam, aut occultam fornicationem, nec fornicationi spiritali confertur, irritatio non petendi voto. At legitimam huius sententiæ fundamentum potest esse; quoniam coniug alter perdit jus petendi debiti à coniuge innocente, ac proinde dominium in corpus, ac voluntatem eius. Verum si hæc limitatio esset vera, idem dicendum esset de fornicatione occultata, per quam pariter idem jus amittitur. Quare sic distinguendum est. Si coniug innocens velire iure suo utens à nocente recedere, non poterit adulter esse vota irritare, ut probat ratio postea. Imò, nec innocens tunc poterit vota adulteri. Quia per diuorium suspenditur ius potestatis. At si nolit eo iure uti, sed maritaliter vivere, poterit alteruter coniug irritare alterius vota, quæ ea fornicatione non admittit, possit. Quia ut probauit lib. 1. de matrim. disp. 68. numer. 4. coniug adulter non